UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas, Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

20. De Christi Domini nostri condemnatione. Matt. 17.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70978

Visual Library

nec ſecus ſuccedere omnibus qui abiecto iugo ſuaui ſeruitutis Chriſti ad mundum redeunt, quippe cum perpetua fiant mundi mancipia, & cum mundo pereant.

MEDITATIO XX.

De Chriſti D. N. condemnatione. Matth. 27.

Videns Pilatus quod nihil proficeret; ſed magis tumultus fieret, aqua lauit manus, dicens. Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius, vos videritis. Conſidera, Iudæis nos fieri ſimiles, quando nullis neque rationibus, neq; monitionib. in re ad ſalutē vtili vel neceſſaria acquieſcimus; Pilato autem, quando in aliorum gratiam contra conſcientiam quid facimus, & culpam totam in alios retorquemus. 2. Conſidera, Pilatū bis falli cum putat ſe innocentem, primo ex cerimonia externa lauandi manus: non enim aqua, ſed lacrymis peccata purgantur. ſecundo: quod iuſtum inuitus damnet nam innocens eſſe nō poteſt, inquit B. Leo, qui iiſdem labiis mittit Ieſum in crucem. quibus eum pronunciauit innocentem. *Ser. 3. de paſſ.*

2. *Et reſpondit vniuerſus populus dicens Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.* Conſidera, cæcum furorem inuidiæ non

negant Ieſum eſſe iuſtum, ſed vt timi-
præſidi animum addant, ſe & poſteros
os grauiſſimis malis obſtringunt. 2. con-
dera, quanta ſit inſania, malum ſibi
precari, cuius grauitatem ignores. Si
quodlibet aliud peccatum igne æter-
excruciandum eſt, pro quo delendo
ſanguis fuſus eſt, heu qualis gehenna m-
nebit peccatũ illud, per quod hic ſang-
fuſus eſt! His ſimiles ſunt qui nihil p-
dentes grauitatem pœnarum inferni, p-
gunt Deum offendere. 2. qui res ard-
nulla conſideratione, quod rationem r-
dituri ſint apud Deum, ſuſcipiunt.

3\. *Tunc Pilatus volens ſatisfacere popu-*
adiudicauit fieri petitionem eorum, hoc
vt crucifigeretur. Conſidera, quam iniq-
& præpoſterum fuerit hoc Pilati iudici-
Paulo ante agnoſcebat per inuidiam à Iu-
dæis Ieſum traditum, appellarat homi-
iuſtum, proteſtatuſque erat ſe nihil cau-
in eo inuenire, & iam crudeliſſimæ eo-
voluntati illum tradit. 2. Conſidera qu-
humiliter mitis Ieſus abſque vlla contra-
dictione funeſtam ſententiam exceper-
nec ſecus, quam ſi de omnibus criminib-
obiectis ſerio conuictus eſſet. 3. conſider-
quemodo lata ſententia Satanici ſatelli-

res il-

tes irruerint in Ieſum, & omni genere iniuriarum obruerint. Iam crux & feralia inſtrumenta, id eſt claui, & alia parata erãt. iam totis artubus exultabant omnes Pontifices, Scribæ, Seniores, populus. Sola mœſtiſſima Domini parens cum diſcipulis tota in lacrymas ſoluta eſt.

MEDITATIO XXI.

De crucis baiulatione.

1. *ET apprehendentes Ieſum, eduxerunt eum vt crucifigerent: & baiulans ſibi crucem, exiuit in Caluariæ locũ.* Conſidera Iudæorum crudelitatem inauditam, quod Chriſto iam fatigato, membriſq; omnibus fracto ingentem illam trabem crucis imponunt, perinde ac ſi vellent eum in ipſa via occumbere. Ac vbi quæſo legimus vel peſſimum latronem ſuum geſtaſſe patibulũ? Omnibus ſupplicio afficiendis inſtrumenta abſcondi ſolent, quibus occiduntur. at Chriſto etiam geſtanda cum ſummo dedecore imponuntur. 2. Conſidera & quaſi præſens aſpice, quomodo tanto pondere onuſtus procedat, oculis languidis, facie tota ſputis adhuc & ſanguine plena, trepidantibus & vacillantibus genibus ac tan-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN